



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An mors Christi nostra fuerit redemptio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

inimicis indignè depravant, ne miremur idem nobis
quod capiti nostro accidere. Quamvis tamen De-
us in Eliam transfigurent, ubi pro sua libidine nos
substantiauerint, exaudiet tandem Deus gemitus no-
stros, sequetur vindicem gloriæ suæ ostenderet, tum
impuræ salutatis vitorem.]

Nihil opus est Calvinianorum dicta depravare,
tunc depravata passim se obtrudunt, ut nihil opus in
syllabas illas ligna ferte, aut aquas in mare illud erro-
rum. Minor tamen Catholicos à Galuino accusati,
cum solidos libros de Calvinianorum mendacijs, &
conuictijs scripserint Lutherani, imò inter se Caluini-
ani. Quin Schlusbergius librum integrum de con-
uictijs, & corruptelis conscripsit, quibus vtuntur Cal-
viniani. Articulo sexto, demonstrat ipsum Galuinum
deprauare scripturam, & dicta Patrum: Titulus capi-
tis est, Calvinistis vulgare est, sacram scripturam, & scripta
doctrinam Eccl. sic fraudulenter, & male se pervertere.

Quod aliquando occasio detur, Calvinianos nunc
in hac deinde in contrariam partem citandi, mirari
non debeat; nam & inconstantes sunt, & dedidit o-
peram bigue, fluctat, captiose loquuntur. Exempla
nunc omittimus.

S. 2. *Unus acetum spongiæ in iuxta acetum & impositum
erat, & bibere.* Spongiam Syrus etiam ap-
pellat *κασσιν* spaga. Cur acetum dederit; contro-
uersia est. Theophyl. ad mortem accelerandam datū
esse tradit. Plutarchus in vita Marci Antonij vim il-
lam acetum tribuit, quia extenuat, & penetrat. Ideo
vulneratis mortem accelerandi potestatem habere,
dum sanguinem celeriter egerit.

Quod si verum est, causa reddi debet, cur spongiam
& chylolum adhibeant, quæ sistendo sanguini sunt.
De acetum supra ex Batonio, & quos ille citat probauit,
sistere sanguinem, non erogare, & si enim extenuat, &
penetrat, vim tamen habet contrahendi stipandique;
itaque naturæ contrarium est acetum. Quod ad Plutarchum
attinet: Non dicit ille acetum accelerare mortem, sed
de Antonio loquitur, κατὰ πῶτον δὲ τὸν δευτέρου αὐ-
τὸν αἵματος ἔχοντος, ὅτε δὲ φάρμακον αὐτοῦ ἐπι-
τίθειν, ὅτε δὲ αὐτοῦ ἐπιτίθειν. *Et cum autem eius (Cleopatra)
sedans Antonius vinum ad bibendum posset, sine quo
fuit, sine quo speraret citius & breuius se vitæ exolvitur posse.*

Acetum igitur non sumpsit, sed vinum, nec ad bre-
uius mortis compendium profuisset Plutarchus ait:
Sed cum forte id existimasse. Forte vinum quod in
angustia, & vulnere dilutum, & copiosum bibere
constituerat ad celeritorem mortem iuuare poterat:
praesertim cum ventrem ille conuulserat.

Alij veto dicebant: *ἀπὸς* sine, Syrus *שורק*
שורק, *Syrus*, relinquere. Quo non dererent, ne ace-
tum dando occidat, ut aliqui interpretantur. Sed hor-
rantur, ut sine curant, & videat an sit venturus Elias.
Non quod homines profani putarent iam adfore. E-
liam, & liberatum: Sed curiositate quadam relin-
qui omnia desiderant, ut si quid forte miraculosum
contingat, sese recreent. Nec sumptum acetum mortu-
rum credebant, tum quod eam vim non haberet ace-
tum, tum quod ex voce magnâ, quam edebat diu ad-
huc victurum credebant. Acetum itaque viribus re-
staurandis, & aduersum animi deliquia datum est,
ut dolores leniret.

VERSUS 50.
*Iesus autem iterum clamans voce
magna emisit Spiritum.*

QUESTIO I.
Quomodo expirauit?

S. 1. **V**oce magnâ iterum clamans; nempe, Pater
in manus tuas commendo Spiritum meum. Emisit
Spiritum. Syrus: *וַיִּשְׁבַּק רֹחַ* Vasebacru. he. h. & re-
liquit Spiritum suum. Cum ante dixisset: Consummatum
est. Hoc est, quicquid de me prædictum vlt; ad mor-
tem, iam re ipsâ expletum est. Verè mortuum fuisse
res ipsa docet, & omnes circumstantiæ, quare merito
damnati sunt Caiani, qui mortem eius, quemadmo-
dum & Machomedani, postea negant.

S. 2. Mors Christi naturalis fuit, & violenta. Na-
turalis quidem; nam ea temperatura sine quâ anima
in corpore perseverare non solet, dissoluta est; idque
flagellis, confixione, cæterisque vexationibus, exhau-
sit sanguine, spiritibusque evanescentibus Naturali er-
go necessitate, ex dispositione violentè inductâ mors
secuta est. Hoc est, quod aiunt in 3. distinct. 36. The-
ologi mortem Christi non fuisse miraculosam, sed
naturaliter post corporis afflictiones consecutam. Di-
citur tamen Dominus animam posuisse, cum servare
eam potuisset, nec vi vulnere necessitas moriendi
illata est, sed cum naturaliter vivere diutius non pos-
set, mori voluit, cum retinere animam potestate diui-
na difficile non fuerit. Verum de his vide D. Tho-
mam 3. p. q. 47. & eius interpretes.

QUESTIO II.

An mors Christi nostra fuerit redemptio?

S. 1. **P**roposuit filium suum Deus in aetheris expia-
tionem pro peccatis nostris ut c. 3. ad Rom. v. 25.
docet Apostolus. Socinus, Ostorodius, alij nouarum
in septentrione hæreson inuectores, non esse mor-
tem Christi proprie redemptionem, quo precium solu-
atur, sed liberationem simplicem contendunt. At
contra Ecclesiæ fides & scripturæ persolutum præciū
fuisse ostendunt. *ἀντὶ* igitur intercessit, Matth. 20.
28. 1. Tim. 2. 6. Abaliarius & Arnoldus de Brixia in iū-
erori dederunt. Vide Bernardum Epist. 190. 194. &
195. & 196. Damnavit, & Synodus Romana eandem
hæresin, quam hodie Calvinismus denuo peperit, sed
cum informem factum vidit, continuo vitalem esse
noluit. Frustra tamen in eo refutando errore deludat,
cum grauioribus multo errores accumulent. Nam Pa-
reus dū contra Socinum disputat: [Fatetur nos mor-
te, & sanguine Christi non redemptos, sed morte illi-
us æterna, Et si vera in c. 3. Epist. Rom. dub. 10. p. 351.
esset maior: minor tamen est falsa, quod Christus
non subierit mortem æternam. Si mortem æternam
hæreticus intelligit perpetuam animæ & corporis di-
uisionem, fatemur non subisse. Sed sic ne re probi
quidem damnati subibunt. In morte verò æternâ duo
sunt. 1. Immenitas agonum, cruciatuum, & dolorum
infernorum, cum desertione & abiectioe à Deo. 2.
Continuatio perpetua talium agonum, cruciatuum,
dolorum, & abiectiois æternæ. Prius per se adest mor-
ti æternæ in singula momenta, ad eam qui vel momē-
tum cruciatuum infernales subeat, mortem æternam di-
catur sentire, & sic reprobis atque Diaboli in inferno
quotidie & singula momenta morte æterna mori ur.
Posterior per accidens morti æternæ accedit, cū nō sit
liberatio, nec datur exitus. Prius subij. Christus, quia
descendit ad inferos desertus atque abiectus à Deo pro
nobis, clamans in cruce: Deus meus, Deus meus, ut
quid me dereliquisti? Posterior sentire nō potuit, quia
innocens exsecratio factus moriendo pro nobis iam
satisfecerat: & erat persona omnipotens, q. morte in
perpetuū detineretur impossibile. Nec sanè debuit,
quia debuit esse *ἀντὶ* nobis noster. Vtrumque subibunt &
sentient omnes reprobi. Et si igitur Christus non subi-
it mortem æternam duratione: subiit tamen eam an-
gorum immensitate ad eam, ut mors eius licet triiduo
tantū tempore, verè tamen æterno æquivalens fuerit
pondere: alioqui dicat nobis Socinus, cur Christus
crucem

Ostorodius.
Socinus.

crucem adeo horruerit, longè supra omnes Martyres
 grauiora in speciem passus, tanto patore trepidarit,
 sanguinem sudarit, in cruce denique à Deo se deser-
 tum exclamarit: si nihil in ea fuit morte communi a-
 trocius. Quin retorquemus: Execratio legis est mors
 æterna: Christus subiit execrationem legis: quia fa-
 rente Socino in eam incidit. Subire autem periculi,
 & incidere in periculum quid interest, nisi fortè quod
 illud volentis, hoc etiam nolentis esse potest? Chri-
 stus autem volens in execrationem legis incidit. Er-
 go subiit mortem æternam.]

Hæc solutio fœdiorem hæresin continet illà ipsà,
 quam refutat. Non enim Christus, ut supra monstra-
 ui, damnatus est vel ad momentum, nec mors pon-
 dere dolorum æqualis fuit morti æternæ: cum in
 Christo, quod omnium est in morte æternà grauissi-
 mum, non fuerit liberationis desperatio.

Nec melius defendunt Christi meritum Caluina-
 ni, ut in Epistol. ad Rom. c. 5. demonstrauit.

QVÆSTIO III.

*An sacrificium missæ sit redemptioni in cruce
 factæ contrarium?*

*Sacrificio
 passio re-
 presenta-
 tur.*

§. 1. **H**oc Caluinus vrget. Huius doctrine, inquit, ad-
 uersari illa, quæ de missâ docent Catholici,
 Quali vero Christus passionis suæ recordationem no-
 lit in animis hæere fidelium: aut nolit singulis meri-
 tū, & satisfactionem applicari: quod sacrificio missæ
 peragitur. Cuius omnis operatio est, & virtus, morte
 Christus nritur. Prostra etiam Bullingerus contra ni-
 titur, & noui testamenti sacrificiū furius oppugnat.

Respondeo contrarium à sanctis patribus hinc de-
 duci; Nam crucis sacrificium per nostrum sacrifici-
 um incrementum representatur. Lutherus hac in par-
 te, Ecclesiam aut Patres audiendos iudicat. [Neque
 hic moror clamores, quibus queruntur, Ecclesia,
 Ecclesia; Patres, Patres; S. Gregorius Bernardus tales
 missas celebrarunt, &c. Nam in vita aut operibus Pa-
 trum in certamine conscientie nemo tutò nitetur, sed
 tantum verbo Dei fidendum est.]

Hæc ille, postquam habita cum demone de missâ
 disputatione victus est. Manet autem infinitum
 passionis dominicæ meritum & satisfactio, quam per
 missam protestamur, & recognoscimus, atq; eandem
 hostiam offerimus, iam olim id veteres fecerunt, ut
 ex Liturgijs c. 26. probauit, sacrificamus, inquit Tertul-
 lianus ad Scapula. c. 2. pro salute Imperatoris, sed Deo nostro
 & ipsius.

VERSUS 51.

*Et ecce velum templi scissum est in
 duas partes à summo vsq; deorsum
 & terra mota est & petra scissa
 sunt.*

QVÆSTIO I.

Quid velum scissum fuit?

§. 1. **V**olentum fuit in velo scisso miraculū quod
 causis naturalibus tribui nequaquam potuit.
 Erat velum *κατακλιμα*, quod ante ostium quo per
 sancta, in sancta sanctorum ingressus erat, obrende-
 batur. Quocirca Syrus appellat, *κατακλιμα* *κατακλιμα*
 superiorem ianua templi. Iosephus duorum velo-
 rum meminit 1.6. c. 6. de bello. Et fores, inquit, h. be-
 bat ut eas, quæ quæ agnita & quing. cuius altus, sexdecim
 verò latas, hæc aulam longitudine pari: hoc est, velum Ba-
 bylonium, hyacintho & bysso, & cocco, & purpura variatum,
 in nobili opere factum, n. g. contemplationis expers colorum

permixtione, sed velut omnium rerum imaginem præferens,
 cocco enim videbatur ignem imitari, & bysso terram, hyaci-
 tho aërem, ac mare purpura: partim quod dicitur coloribus, bysso
 autem ac purpura origine: quoniam bysso videtur terra,
 mare autem purpuram gignit, eratq; in eo per scripta omnia
 celi ratio, præter signa.

De altero vero addit. Intima verò templi pars viginti
 cubitorum erat, discernebatur autem similiter velo ab exte-
 re, nihilq; profusus in ea erat positum: inaccessa verò, & inuila-
 rata, & inuisibilis omnibus habebatur, sanctiq; sanctum ve-
 cabatur.

Vtrum velum fuerit ruptum, non satis constat, vnde
 multi putant illud, quod ante sancta erat, in populi conspectu
 conspectu. Non quod ante sancta sanctorum; Præterea
 enim omnibus admirationem adferre poterat, polle-
 rius non nisi sacerdotibus. Itaq; Baronius de priore
 interpretatur. Sed cum velum nobilissimum fuerit,
 quod distinguit sancta, & sancta sanctorum, de quo
 Exodi 26. 31. Facies & velum de hyacintho & purpura, &
 cog. bis tincto, & bysso retorta, opere plumario & pulchritu-
 dine contextum: quod appendes ante quatuor columnas de
 lignis sitim, quæ ipse quidam deaurata erant, & habebunt ca-
 pita aurea, sed bases argenteas. Insuper autem velum per
 oculos, intra quod ponetur arcam testamenti in sancto sancto-
 rum: mensamq; exira velum: & c. nra mensam candeli-
 brum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in
 parte aquilonis.

De hoc agitur etiam Exodi 38. 27. Leuit. 21. 23. & 16.
 12. Num. 4. 5. Exodi 40. 3. Cum ergo illud notum
 fuerit, & insigne, intelligi, mihi videtur, cum absolute
 velum nominatur, diciturque Hebræis פרוכת *Phro-
 cherh*. Densitatem eius Hebræi aiunt quatuor digi-
 torum fuisse, ne villo modo transluceret, & sancti-
 missimū fuisse materia ostendit. Imo figuras intextas
 habuit. Hoc enim est quod Hebræus habet פרוכת
 פרוכת *Maghase chofeh*, opere cogitantis, vel artificis, & ad-
 dit פרוכת פרוכת *facies* illud Cherubim. Hoc est
 intexte Cherubinos: Tale velū libere pendens, nulla
 vi, ne vento quidem agitata rotum rumpi, magnū
 fuit miraculum. Nec miraculum duntaxat, sed eni-
 am mysterium, interpretes agnoscunt. Theoph. *ἐν-
 τρυφὴν τῆς φαντασίας τῶν κατὰ τὴν τέχνην* *ἐν τῇ φαντα-
 σίᾳ τοῦ νοῦ* *ἐν τῇ φαντασίᾳ*. Significabat enim, (aiunt) velum
 legalis literæ abolitionem. Et omnia quæ vmbis tecta e-
 rant in lucem proferenda, ac reuelanda. Etiam ipsa
 scelera Iudæorum: Nam ab fictam Blasphemiam, &
 Dei filio imputatam falso Pontifex vestem scidit,
 nunc Deus ob innumeras Blasphemias templi sui ve-
 stem scindit. Petræ etiam scissæ & terræ motus tran-
 situm Evangelij ad gentes designabat, & Reipublicæ
 illius euerfionem.

§. 2. Oportuit etiam aulam firmissime conte-
 xtum cum violentissimè rumperetur, ingentem soni-
 tum dedisse, & terrorem incussisse audientibus, imo
 & horror ex eo oriebatur, quod sancta sanctorum a-
 perirentur, quæ intueri non liceat. Vnius veli men-
 tio est 2. Par. 3. 14. Fuit quoq; velum ex hyacintho, purpura,
 cocco, & bysso: & intextum i cherubim.

Hoc secundum vocat Apostolus Heb. 9. 3. Post
 testamentum autem secundum, i. tabernaculum, quod dicitur san-
 cta sanctorum.

De hoc velo igitur accipienda sunt verba Euange-
 listæ. Huius enim integritas ostendebat nondum
 propalam sanctorum viam, fractio vero aditum ad
 cælum esse apertum. Ita Paulus, Heb. 9. 8. In secundo
 autem semel in anno solus Pontifex: non sine sanguine quem
 offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spiritu
 sancto, nondum propalam esse sancto viam, aditus pro-
 re tabernaculo habente statum, quæ parabola est temporis in-
 stanti: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non pos-
 sunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, sed in
 modo